novam Civitatem Eraclianam [a], in qua Paulicius [b] dux ducatum regebat. venientes ceperunt fortiter inter se pugnare [c], sed nemo [d] poterat sustinere [e] impetum eius. apprehenderunt eandem [f] civitatem et incenderunt et interfecerunt Paulicium ducem [g] insimul [h] cum filio eius et cunctos consanguineos eorum, et non [i] remansit ex eis nisi tantum [k] unus clericus [l], qui [m] genuit duos filios. deinde vero omnes Civitatis [n] nove habitantes exierunt et venerunt in Rivo, qui dicitur alto [o]. ibi edificaverunt [p] ecclesias multas et pulcra palacia [q]. nullus enim remansit in predicta civitate nisi tantummodo libertini et servi ac cultores vinearum. retinemus cuncta [r] genealogie [s] per ordinem [t], que [u] in Rivoalto venerunt. alii de Civitate, alii de Auxolum [v] castello [x], qui Equilus [y] dicitur. sed hic multorum hominum de civitate Ovederço [z] exierunt et invaserunt extra castra, et hii [aa], qui intus castellum erant [bb] habitantes [cc], tribuni tributum de [dd] eis [ee] circumhabitantes [ff] recipiebant: et multorum in litore Pineti cultores erant [gg]; vineis, campis, saletis [hh], pascuis seu molendinis [ii] occupabant. hii [kk] vero omnes per unumquemque modium [ll] unum perfictum persolvebant in annum ipsis tribunis [mm]. ab omni iussione illorum seu defensione hii [nn] stantes et habitantes erant. quorum nomina tribunorum postea dicenda sunt.

10. — Hec sunt modo nomina tribunorum [oo], qui de Civitate nova Eracliana [pp] exierunt et in Rivoalto venerunt: toti autem per nomina dicamus.

Fuerunt [qq] primi cives Particiaci, qui Badovarii [rr] modo appellati sunt; Candiani; Ursoyoli [ss]; Barbolani; Centranici; Silvi;

(a) *V* nova civitas Eradiana (b) *V* Paulicio (c) *S V* pugna (d) *D* nems (e) *S om.* sustinere (f) *D* eadem (g) *S* Paulicius dux *V* Paulicio duci (h) *S* simul (i) *D om.* non (k) *D V* tantum solummodo (l) *S V* unum clericum (m) *V* quem (n) *S* civitates (o) *D* Rivoalto qui dicitur *V* alto dicitur (p) *D* hedifficaverunt (q) *V* ecclesie multe et palacie pucre *S* palatia pulcra (r) *D* cunctam (s) *D V* genealongie (t) *D* petrord. *V* ordine (u) *S V* quos (v) *V* Aus. (x) *S V* castellum (y) *D V* Equilo (z) *S* Ovederçii (aa) *D V* hic (bb) *D V* erat (cc) *D* habentes (dd) *D* et (ee) *S* eos (ff) *V om.* tribuni - circumhab. (gg) *V* erat (hh) *V* spaletis (ii) *S* vinearum camporum spaletorum pascuarum seu molendinorum *D* molendinus (kk) *D V* hiis (ll) *V S* modio (mm) *S V* ipsi tribuni (nn) *D* hi *V* hic (oo) *S om.* postea - tribunorum (pp) *V* Eradiana (qq) *D premette la didascalia:* Isti sunt tribuni et cives nove civitatis Eracliane, qui foras exierunt *V* fuit (rr) *D* Baduarii (ss) *S V* Ursioli